



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab exordio Imperij Arcadij & Honorij Augustorum, Anno Domini CCC. XCV. perueniens vsque ad CCCC. XL. continet annos XLV. ita dispositus, vt commodè sextus tomus à S. Leone Magno Pontifice Maximo inchoetur

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 440. Sixti Pap. Annus 8. Theodosii 33. Valentin. 16.  
Impp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14566**

exactissime ventilata, ea sunt sanctorum Patrum sententia, ut ferretur, quae in dictis sacrosanctis Conciliis Niceno & Constantinopolitano statuta essent. Cum vero Theodoretus Cyri Episcopus acerrimus defensor infur- rescit pro Ecclesiae Antiochenae iuribus: hinc factum est, ut ipse restatur, ut Dioscorus ex hoc tempore cum gra- ui odio fuerit persecutus, quod nunquam deposuit, sed maioribus in dies fuit augmentis. Narrat haec quidem omnia ipse Theodoretus in epistola ad Flavianum Con- stantinopolitanum Episcopum postea data, in qua postea- lia haec leguntur: *4*

In illorum regia urbe (Constantinopoli scilicet) cum con- uenissent beati Patres in Synodo oecumenica sub Theodo- sio Maiori, consensu, quae in Nicas statuta sunt a sanctis Pa- tribus ibi congregatis, statuerunt, & diuinae disciplinae, & vi- uandae disciplinae, quae ipsi conueniebant, tribuerunt, expresse prohi- bentes, ut ex alia diuina alicuius pacto aliquis inuaderet, sed Alexandria Episcopus ea, quae ad Aegyptum pertinent, tantummodo gubernaret, & vnaquisque diocesis res proprias & quae ad eam spe- ctant. Hic vero ista dispositionibus stare minime vult, sed B. Mar- tiri scilicet Hieronymo & deorsum agit, & praefertim cum aperte nouerit, quod Antiochenis magna ciuitas magis illius Petri thronum ob- tinet, qui & in Marcis magister fuit, & Apostolorum chori primus & princeps. Nos vero throni quidem celsum aduenimus, ac nos ipsam inuimus & metimur: Apostolorum humilitatem & man- suetudinem a maioribus dulcissimam. Tuam autem praesentem obse- crationem, ut sanctos canones conculcatis minime negligas, & pro- diuina seculi prompta pugnas animo: in hanc enim habemus spem sa- lucis, & per hanc misericordiam consequi expectamus. Ne vero etiam haec tua pietas ignoret: scito Domine, quod ex eo tempore Dioscorus caput nos edo, prosequi, quo in Synodo apud vos habitum tempore Pro- cipi beatae memoriae vobiscum idem statumini, sanctorum Patrum ca- nones fecit: de qua re senectus iterum conquestus est, quod iura Antiochenorum & Alexandrinorum Ecclesiae (ut ait) nos prodiderim- mus. Horum memor, & opportunitatem natum (ut arbitror est) odium & similitate manifestauit. Haec Theodoretus de Diosco- ro, & eius studis hoc tempore cum degeret Constantinopoli, qui postea Alexandrinus creatus Episcopus, omne, quod conceperat, odium in ipsum egressus, ut dictis literis ad Flavianum Theodoretus ipse queritur. Sed de reliquis, quae ad Dioscorum pertinent, suis inferius locis agendum erit. Quid praeterea in hac Synodo gestum sit, nihil inuenimus.

Sub huius quoque anni Consulibus celebrata reperit Synodus Regiensis decimo sexto Kal. Decembris, non quidem Regij Lepidi, sed Regij Galliarum in provincia Narbonensi. Etenim quid opus fuit Regij in Aemilia pro- uincia cognosce causam Episcopi Ebreundenis? Fuisse autem Regensem, seu Regensem, vel (vt alij dixerunt) Re- gionensem Episcopatum in Gallia Narbonensi sub Aque- ni metropoli, Indices Vaticanis demonst- ant. Collectam quidem eam fuisse Synodum ex Episcopis Galliae Narbo- nensis, tum ex eo, qui primo loco in ea positus habetur, Hi- larianus Episcopus Narbonensis, qui & praesuit Synodo, tum ex collegis ibidem nominatis ipsi subiectis Episcopis, scies: quod eisdem ferme omnes reperies nominatos in Concilio Arausicano post annum lequentem itidem in Gallia Narbonensi sub Consulatu Cyri celebrato. Ebre- undinum autem fuisse sub Viennensi metropoli, subscri- ptiones Episcoporum Concilij Epauensis demonstrant. Tu vero consule, quae in Nicoliniana editione huic Con- cilio praefixa sunt; quibus accurate elucubratis, haud in- utili subscribimus, addentes Sidonij Apollinaris verba in Epistola ad Patientem Episcopum Lugdunensem, dum populos eius provinciae recenseret: *Quantae* (inquit) *tibi gra- tias Arelatensis, Regensis, Auenionis, Arausimonensis quoque, & Alben- sis, Valentiniacae, & Tricastinae urbis professor excolunt?* Praeter ea autem, quae de ordinatione perperam facta Episcopi Ebre- undensis in hac tractata sunt Synodo, de illis etiam actum Episcopis, qui ex haeretis, vel schismate ad Ecclesiam redi- rent; qui quo loco habendi essent, Patres matuta consul- tatione delibuerunt: egerunt & de exequiis defunctorum Episcoporum.

XLV. Accidit enim, ut cum his temporibus nonnulli Episco-

pi, qui sectati essent Pelagium, ad Ecclesiam se redire pon- nentes simulant: us omnem recipiendi sedem spem ademerint iidem Patres, qui ipsi Concilio Regensi inter- fuerunt: ut hoc experimento probantes, qui vere penite- rent, vel fidei. Quinetiam haud facile eos ad communio- nem Catholicam, necdum ad sedem esse accipiendos, ex- emplum docet Sixti Rom. Pont. de Iuliano Episcopo Pel- agiano. Sub huius enim anni Consulibus de Iuliano ipso famosissimo Pelagiano haec habet S. Prosper in Chronicis: *Haec tempestate Iulianus Atellanensis iactantissimus Pelagiani erro- ris assertor, quem dudum amisi Episcopatus intemperans cupido ex- agitabat, multimoda arte fallendi, correctionis spem praefrens, multi- tudinem in communionem Ecclesiae irreperere, sed in insidibus Sixtus Papa dia-coni Leuis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum postiferis co- nationibus patere permisit; & ita omnes Catholicos defensione fallacis bestiae gaudere fecit, quasi tunc primum super hissem am haerem Apo- stolicum gladium detronicaisset. Haec Prosper.*

Quibus plane vides, lector, magna laude reuicere Rom. Ecclesiam haereticos illos, de quibus est suspicio, non ex corde, sed callide subripere conari Catholicam commu- nicationem, ut temporale commodum assequantur. Id quidem Sixtus consilio Leonis diaconi, qui ei sequen- ti anno in Episcopatu successit, & pra excellencia merito- rum atque doctrinae Magni cognomentum adeptus est. De ipso autem Sixto in eadem sententiam idem Prosper agens aduersus Collatorem, sic ait: *Et haec sit pars huius refer- uata pastoris; & ut illi praedecessores eius Innocentius, Zosimus, Bo- nifacius, Celestinus lapos abegere manifestos, ita hic depellit occul- tos, haec ipse. Porro quem hic Atellanensem Iulianum nominat Prosper, eundem adesse Iulianum antea Capua- num Episcopum, qui aduersus S. Augustinum rot tantuq; scripserat, intelligi potest: Atellanensem vero, non Capua- num ab eo scias nominatum, quod non amplius illius Ec- clesiae Episcopus esset, quem (vt in eodem Leone Papa di- cemus inferius) ab ipso Pontifice idem Prosper d coercit- tam tradit.*

IESV CHRISTI  
Annus 440.

SIXTI PAP. THEODOSII 33. IMP.  
Annus 8. VALENTIN. 16.

QUADRINGENTESIMO quadragesimo Christi anno, Conf. Valentiniano quintum & Anatolio, Sixtus Rom. Pontifex ex hac vita decedit quinto Kalend. Aprilis, cum sedisset annos octo, minus diebus triginta: qui enim anno Domini quadringentesimo trigesimo se- cundo, die vigesima septima mensis Aprilis creatus est (vt diximus) Pontifex, & hoc anno vigesima octava Martij moritur, ad dictum tempus propagalle sedem, opus est as- firmare. Decessisse hoc ipso anno Sixtum, & subrogatum Leonem, Prosper haec cernens oculis scriptis, quem secuti sunt alij. De eo autem haec in libro d Romanis Pontifici- bus leguntur: *Hic fecit basilicam sanctae Mariae Matris Domini, quae ab antiquis Liberij cognominabatur, iuxta Macellum Libyae; vbi & obtulit haec: Altare argentum purissimum pensans libras trecentas, &c. numerantur ibi pluri- bus alia collata dona & redditus ex diuersis fundis eidem contribui. Meminit eius Ecclesiae Hadrianus Papa ad Ca- zolum Magnum Imperatorem his verbis e:*

Magis autem successores Calistini Sixtus Papa fecit Basilicam sanctae Dei Genitricis Mariae, cognomento, Maiorem, quae ad Prosepe dicitur: simili modo & ipse in metallis aureis, quamquam in diuersis historiis, sacris decorantur imaginibus, quas nonnihil vetustate temporis detrimenti passas Dominicus Pinelus Cardinalis, eius basilicae dignissimus Archiepiscopus, summa adhibita opificum diligentia, relarctandas & iam collabentes cōseruandas curauit, additis maiorum exem- plo aliis desuper positus ex pictura hinc inde de Dei Ge- nitricis historia venerandis imaginibus. Huius autem erigendae seu in ampliore formam restituendae basilicae,

IVLIANVS PELAGIA- NVS NON ADMIT- TVR IN EC- CLESIAM.

XLVI

c Prosp ad- iur. Collat. in spo.

d Prosp. de grad. c. 7.

L SIXTI PA- PAE OBI- TVS, ET DIS- TEM- PVS.

\* refecit

\* Lixie

c Hadrian. epist. 3. cap. tom 2. epist. Rom. Pont.

II

& tot

XLIV. CONCILIVM REGENSE.

g Sido. l. 6. quib. sit.

XLV.

& tot tantisque ornamentis decoranda, Deique Genitricis titulo consecranda, eidem Sixto Papa ex Concilio Ephesino (vt diximus) occasio suppeditata esse videtur vindicata enim à Nestorii blasphemis Dei Genitricis Maria, de tanta victoria in honorem eiusdem Mariae Deiparae placuit ipsi tantum erigi fornicem triumphalem. Reperitur est in antiquis chartis, quod excisum in lapide consumptum defuit Epitaphium de eadem Basilica ab eodem Papa erecta:

*Virgo Maria tibi Xp̄sus noua testā dicitur  
Digna salutaris munera ventre tuo  
Tu Genitrix ignara vni te deniq; facta  
Visceribus saluis edita nostra salus  
Ecco tui testes veteri sibi premia portant  
Sub pedibus, iacet passio cuius, sub  
Ferro flamma fera fluxit sanguis, venenum  
Tot tamen has mores vna corona manet. Sed & alia extat*

ibidem adhuc de eodem Sixto Papa his versibus antiqua memora:

*Cede prius nomen noitari cede vetustas  
Regia letantur vota dicere & bet  
Hae Petri Pauliq; simul nunc nomine signo  
Xp̄sus Apostolica sedis honore fruens  
Vnum quaeq; parei vnum duo sumite munus  
Vnus honor celebrat quos habet vna fides.  
Presbyteri tamen hic labor est & cura Philippi  
Postquam \* Effusi Christus vici vring, polo  
Praemia discipulis meruit vincente Manfiro  
Hanc Palmam fidei retulit inde Genex.*

Quae vero eiusdem Pontificis precibus fecerit Imperator: sic subde in eadem Epistola Hadrianus:

*Sed & per rogatum eius Valentinianus Augustus fecit imaginem auream cum duodecim portis & Saluatore, gemmis pretiosius ornata, quam voti gratia super Confessionem beati Petri Apostoli posuit. & a tunc usque hactenus apud nos ab omnibus Fidelibus venerantur. haec Hadrianus. Habentur insuper in dicto libro de Romanis Pontificibus ista de Sixto: Hic ornauit de argento Confessionem beati Petri Apostoli, quae habet libras quadringentas. & paulo inferius de eodem Valentiniano Augusto: Fecit & Valentinianus Augustus rogatu Sixti Episcopi fastigium argentum in basilica Constantiana, hinc a barbaris sublatum fuerat, pensans libras sex mille sexcentas & decem.*

IV. Ex his planè intelligere possumus, non ab omnium ecclesiarum ornamentis abstinuisse Gothis, sed ab iis, quae ab basilicis sanctorum Apostolorum Petri & Pauli spectare sciebant, de quibus (vt superius vidimus) Orosius meminit, nos quo loco pluribus diximus. Ex his quidem etiam cognoscere vales, totum, quod ab illis est impensum basilicis reuerentibus, fuisse ob Apostolorum Principum venerationem, quod ex eo quidem patens sit, quod maiori profecti fuerint cultu dictas Apostolorum basilicas, quam ipsam primariam Lateranensem Ecclesiam, cuius ornamentis non peperisse dicuntur, et alioqui, quod pertinet ad iura immunitatis omnium ecclesiarum, vt ad eas confugientes, salui essent, ea in cunctis Roma existebat ecclesiis fuisse à barbaris illata seruata & custodita, testificatione sancti Augustini superius recitata, satis superque exploratum habetur. Sed pergamus reliqua recensere, quae de donis Sixti Papae tempore collatis ecclesiis ibidem scripta leguntur his verbis:

V. *Huius Sixti temporibus fecit Valentinianus Augustus Confessionem beati Pauli Apostoli ex argento, pensantem libras ducentas. Item fecit Sixtus Confessionem beati Laurentii martyri cum columnis porphyriticis, & ornauit transferram & altare & Confessionem sancti martyri Laurentii de argento purissimo. Fecit altare pensans libras quinquaginta, cancellos argenteos supra platonias porphyreticas pensantes libras triginta, apudem supra cancellos cum statua sancti Laurentii martyri argentea pensante libras ducentas. Sec. recenset alia dona eidem oblata basilicae. Et inferius: Hic fuit in basilica Constantiana ornamentum superfontem, quod ante non erat, id est, epistylia marmorea & columnas porphyreticas erectis, quae Constantinus Au-*

gustus congregata densit. & insit, vt eriguntur, quae & versibus exornant, qui sic se habent in octingentulo opere, binis in singulis epistylis exaratis.

*Gens sacra prole hic femine nascitur alno,  
Quam sacundum Spiritus edit aqua.  
Virgines fetus genitrix Ecclesia natos,  
Quos spirante Deo concepit, anne parit.  
Calorem regnum sperat hoc fonte renari:  
Non recipit felix vita semel genitos.  
Fugit hic est vita, & qui totum diluit Orbem,  
Sumens de Christi vulnere principium.  
Mergere peccator, sacro purgande fluente:  
Quem veterem accipies, proferet vnda novum.  
Insons esse volens, isto mundare lacu.  
Sen patrio premeris crimine, sen proprio.  
Nulla renascuntur est distantia, quos facit vnum  
Vnus fons, vnu Spiritus, vna fides.  
Nec numerus quemquam scelerum, nec forma suorum  
Terreat. Hoc natus flamine, sanctus eris.*

Haec enim Sixti versus, in quibus (vt vides) etiam aduersus recentem haesim Pelagianam Catholica est assertio de originali peccato, quod illa negabat. Sed iam pauca, quae sunt reliqua Sixti Papae operum, vbi superius descriptorum, proleq; mur:

*Hic fecit platoniam in cimiterio Callisti via Appia, vbi nomina Episcoporum & martyrum scripsit, commentariis. Hic fecit ordinationem in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros vigintiocto, diaconos duodecim, Episcopos per dies septem quinquaginta adus. Qui etiam sepultus est via Tiburtina in crypta iuxta corpus B. Laurentii, quinto Kalend. Aprilis. Coesauit Episcopatum eius dies viginti duos. haec ibi.*

Ad postremum vero illud de Sixto dicere non omitimus, eadem ipsum passum esse post mortem, quae pertulisse diximus Sixtum eidem Romano Pontificem atque martyrem: etenim sicut eius nomine prodit editus ab Origenistis (vt dictum est superius auctoritate S. Hieronymi) liber Sixti siue Sexti Pythagorici, ita nomine Sixti huius non ab aliis, quam à Pelagianis scripta fuerunt volumina, primum de Diuitiis; secundum, cuius est titulus, De malis Doctoribus & operibus fidei, & iudicio futuro. tertium vero de Castitate: quae Pelagianis esse referta, accuratus lector inueniet, modo calcet superius recitatas Pelagianas sententias. Dolui vehementer, haud pridem eadem opuscula absque diligentiori consideratione eodem nomine Sixti Romani Pontificis esse ena.

Quis, rogo, antiquorum, harum scripturum auctorem Sixtum Papam aliquando dixit, vel nunc saltem ostendit, aut quoquo modo in eorum suspitionem induxit: cum praesertim Gennadius horum temporum scriptorum Ecclesiasticorum exactè catalogum texens, & de Sixti Papae epistola ad Nestorium mentionem habens, nequoquam scripturum huiusmodi Sixto tribuat: haud enim ipsum praeteruisse potuerit, quae à tanto auctore edita essent. Vel quomodo valuit ipse Sixtus Pelagianorum aecerrimus hostis, & eius haereticus (vt auctore sancto Prospero dictum est) vltimus profigitor, Pelagianae haereticis consentientia conscripsisse? Habere Solanum solus ipse sibi, quae Sixti Papae nomine typis mandauit opusculam, mo nec vnus ipse professione Catholicus tam insigni honestate nomine venena bibat de calice aureo Babylonis: aureum dixerim, quod complura habeat Catholicae fidei consentientia, vt mos est omnium haereticorum mortifera melle delibuta propinare. Sensit hoc ipsum, & doluit mecum vehementer, atque ex alto ingemuit pectore Lindanus Episcopus Gandauensis, vir doctissimus, profigitor haereticorum, & norma Orthodoxorum Antistitum, cum ante annos circiter octo, ipso initio sedis Sixti Papae Quinti, Romae esset, & ex more de re litteraria contingeret vsu simul miscere sermones: haud aequo animo ferre valens, sub falso nomine tanti Pontificis, Pelagianorum factus esse suppositos.

Sed ne quali aere verberantes pugnare videamur, satis erit ad institutum pauca ex tribus libris illis hic in

Antig. in  
for. 1. d. 1.  
p. ad pag.  
170. n. 7.

Antig. in  
for. 1. d. 1.  
p. ad pag.  
117. n. 7.

f. EPHESI

III.  
RELIGIO-  
SA MONY-  
MENTA  
SIXTI PA-  
PAE VA-  
LENT. IMP.

IV.

V.

VI.  
SIXTI PA-  
PAE NINO-  
NE SVPTO-  
SITAS SCA-  
PTA PELA-  
GIANA.

VII.

VIII.  
PELAGIA-

medium

medium asserere, quæ ex Pelagianis prodire fontibus Catholicis dogmaticis intelligit. Quid enim integro libro de Diuitiis conatus est auctor, nisi ostendere, diuitem hominem ex Deo non esse: contra Diuine planè Scripturæ testimonia, quibus dicitur: *Diuitem & pauperem fecit Deus.* & in cantico Annæ: *Dominus pauperem fecit & ditat,* ex multis namque inuenies eundem auctorem velé probare, impossibile esse diuitem hominem Dei præcepta sentire: immo & omnes etiam filios & filias habentes, diuitias teneri profundere, & reddi pauperes, si vult salui esse, pluribus docet. In his, inquam, cum toto illo libro verteret auctor, quis non intelligat spirare Pelagium cuius inter alia hæreticum capita (vtdictum est) illud erat, non posse saluari diuitem, nisi omnia sua pauperibus egeret: Sed et si possent ea cuncta ad aliquem Catholicum sensum quomodocumq; pertrahi: decuisset ne tempore huius emergentis hæretici Romanum Pontificem, etiam non eadem expresse, illis tamen affinia & confinia, absque suspitione hæretici Pelagianæ, nulla facta eius abrogatione, tractare?

IX. Sed & in secundo libro ita recta incedit via, dum dilectior opera esse necessaria ad salutem, vt tamen ad postremum sese auctor prodit Pelagianum, cum omnia libero arbitrio tribuat, & gratiæ nihil concedat, quæ illis ipsis vtatur verbis, quibus Pelagiani Catholicos restringere conueniunt, nimirum vbi ait: *Et vt breuiter cuncta perstringam, quando cuiuscumque criminis vel peccati reus quæta mente suscipit malum suum voluntatis esse, non necessitatis, & arbitrio scribit, quod illi intuentur impatire nature?* Catholicos quidem suspicillans, qui naturam ex originali peccato corruptam asserunt. Quid præterea toto eo disputationis anfractu demonstrare conatur, quam hominem esse sine peccato, possibile fieri? Et quis ignorat, assertiones has esse Pelagij, impugnatas iam mille locis à S. Augustino, sancto Hieronymo, Prospero Aquitano, & aliis?

X. Rursum vero in tertio libro, qui inscribitur de Castitate, quomodo se aduersarium gratiæ exhibeat auctor, vel ex verbis illis intellige, dum Matthæi a locum illum explanans: *Non capiunt omnes hoc verbum, sed quibus datum est, istud ipsum tribuens ipse omnino liberæ hominis voluntati, subannat eos, qui ex Dei gratia donum illud prouenire*

contendunt, hæcque ait: *Nolo sic intelligas dictum: Non omnes capiunt hoc verbum, sed quibus hoc datum est: quasi castitatem non nisi illi possit dari, quibus etiam non volentibus, & fatali quod autem necessitate collata sit: ne & gratiosum Deum statuas, & castitatem premium tollas.* Erant planè huiusmodi Pelagianorum cauiti, & in Catholicos iniuste notæ calumniæ, vt dum hi absque diuina gratiæ consequi castitatem minime fas esse hominibus dicerent, illi eos fatalem virtutibus adipsendis necessitatem imponere subannarent. Et inferius, cum illud Pauli ad Corinthios explicat: *Vnusquisque proprium donum habet à Deo,* subdit ipse: *Propria scilicet voluntati.*

Sed quid in his diuitiis immoramur? Vel hoc vnum tibi satis sufficere potuisset ad perceptam hominis Pelagiani cognitionem, quod cum videas tribus illis libris auctorem verari in opelum commendatione, numquam meminit diuinæ gratiæ, vel minimum quid ei tribuit, sed libero tantum arbitrio omnia: vt non nisi Pelagianum loqui, vel surdus intelligat. Insuper & in illo absolutissimus detegitur auctor Pelagianus, quod ex doctrina Pelagij differentiam ponat inter beatorum vitam æternam, & regnum cælorum: dum in libro de Castitate sic prædicat castitatem, vt derogat matrimonio, cum vxoratos negat gloriam cælestem consecuturos, fructuosos tamen vita beata, si cætera mandata seruent, sed accipe, quam disertis, verbis hæc prædicat: *Quid ergo (inquit) demeruit Dominus nuptias? Absit: sed tantum regni gloriam illi, non vitam (si tamen omnia mandata seruauerint) denegasse censetur.* Cum hæc igitur & alia miscet Pelagianus auctor, à Pelagianis prauis sententiis mutatus: à tanta ignominia vindicandus est Sixtus Pelagianæ hæresis indefessus & validus oppugnator.

XII. Sed iam sine tanti Pontificis, sinem & nos tomo huic quinto, loco & tempore congruo, imponamus; post Sixtum, sextum auspiciatum ab ipsa Magni Leonis Papæ creatione volumus, Faue tu nobis, lector, precibus, & piis votis aspira: vt eadem felicitate, qua quinque tomos absolimus, qui sunt reliqui, consummemus. Sed ad gratias agendas ei, à quo cuncta hæc nostra dimanant, oratio se ex more conuegat.

\*\*\*



ACCEPTVM



a. l. Regl.  
PERORA-  
TIO CVM  
GRATIA-  
RVM A-  
CTIONE.  
b. Isa. 46.

ACCEPTVM tuo favore, conceptum  
tuis precibus, Dei Genitrix, quantum  
hunc partum, pro gratiarum munere,  
vt Anna & Samuelem, ad te ipsam, vi-  
uum Dei tabernaculum, affero: tu ve-  
ro offeres ipsum Deo, illud simul cum  
ipsa prae miraculo concinens: *Sterili  
 peperit plurimos. quinta iam me aucho prole, cui nec spes erat  
 potuisse vel vno germine fecundari. Vnde mihi etiam  
 prae stupore in propheti cum b illud sit erudendum: Quis  
 mihi genuit istos? Ego sterili & non pariens: & istos quis enutri-  
 uit? Ego desolata & sola: & isti vbi erant? Totum id muneris  
 tui atque gratiae, fecundissima Virgo. Adiace vero, vt  
 quinto oblato tomo rependas, quae in eodem quinatio  
 numero mirifice noscuntur impleta, nempe cum quinq;  
 cordaceis panibus e pueri argusto sinu preceptis sequen-  
 tem te Dominus numerosam multitudinem paup, & sa-  
 tiatis exillis quinque millibus hominum, iidem redun-*

c. Iam. 6.

darunt in duodecim cophinos fragmentorum: atque et-  
 iam cum puer David d, quinque lapidibus in pera positis,  
insultantem Dei agnibus hostem occidit, & vno pro-  
strato, omnes pariter victi sunt Philistaei. Concessa sunt  
 tam grandia pueris, quod infirma mundi, vt confundat  
 e fortia, Deus eligere consuevit. Sum quidem & ego  
 (dicam cum Salomone f) puer paruulus, ignotans introi-  
 tum & egressum meum. Accipere igitur mereat conce-  
 sa pueris: vt munera ista nostra, dona tua, Deo oblata, sua  
 ipse benedictione multiplicet, & aucta in aeternum per-  
 mansura conseruet, futura ipsa in Ecclesia cibis & arma,  
 quo fideles alantur, atque hostes perfidi debellantur. Ad  
 postremum vero illud adiunge, vt tanquam vnus ex Do-  
 mini paruulis g, sim consecutus vitam aeternam, gratia  
 Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiri-  
 tu sancto viuit & regnat in secula seculi-  
 lorum. Amen.  
\*\*

ANNALIVM TOMI QVINTI FINIS.

